

# VITA SANCTI VICTORIS.

CAPUT PRIMUM.

*Ciborium argenteum Ecclesiae Ursianae. Endothis oblata.  
Balinea constructa pro Clero.*

## DE SANCTO VICTORE XXV.

**V**ictor XXV. Victor quid est? Ex optatione Parentum sibi divinitus fuerat cognomen; ex suo vero proprio actu, & nomen, (1) eo quod casta Diaboli orando, jejunandoque per multas virtutes sapissime vicit. Ita pulchra fuit facie, & alacri vultu. Aedificator Tricoli, sed non explevit. Fecit autem & Ciborium de argento super Altarium S. Ecclesiae Ursianae, quæ à nomine Aedificatoris vocatur, miro opere. Alii ajunt unâ cum plebe, & alii dicunt, quod temporibus Justiniani orthodoxi senioris Imperatoris per suggestionem sibi postulasset, quod tale opus facere voluisse, ut auxilium praebet; qui misericordia motus omnem censem istius Italia in ipso anno Beato Victori largivit, quem cum accepisset construxit, ut cernitis, opus, quod deinceps sublato ligno vetusto centes viginti librarum argenti justo pondere structum est. Et super arcus (2) Ciborii versus conscripti hi sunt.

Hoc votum Christo solvit cum Plebe Sacerdos Victor, qui Populis auxit amore fidem. Pontifici Christo solventi vota ministrat. Aligerum cingens hæc loca sancta manus. Egregium miratur opus sublata vetustas, Quæ melior cultu nobilitore reddit. Catholicæ Legis venit, . . . . si quis amator Mox reparatur abit Corpore Christe tuo.

Reliquo vero, quod remansit diversa vascula ad mensam Pontificis extruxit, de quibus ex parte aliqua permanent, usque in presentem diem. Fecitque Endothum super S. Ecclesiam Altarium Ursianæ ex auro puro cum staminibus sericis ponderosa nimis mediari habens coccam; & inter quinque imagines suam ibidem cernimus, & subtus figuratos pedes Salvatoris gratia (3) contexta est purperata. Victor Episcopus, Dei famulus, hunc ornatum ob diem Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi anno V. ordinationis sue obtulit. Refecitque Balneum juxta dominum Ecclesiae hærens partibus muri Episcopi, ubi residebat, quo usque hodie mirificè lavatur, & pretiosissimis marmoribus parietes junxit, & diversas figuræ, tessellis aureis, variisque compositæ, & tabulam descriptam literis aureis tessellatis, in qua laboriosè legere curavimus, & ita hos exametros catalepticos versus in eadem conscriptos invenimus.

Victor Apostolica tutus virtute Sacerdos Balnea parva prius prisco vetusta labore

A | Deponens, miraque tamen novitate refecit, Pulcrior ut cultus, majorque resurgat ab imo. Hoc quoque perpetuo decrevit more tenendum, Ut biduo gratis Clerus laret ipsius urbis, Tertia cui cessum (4) est, & feria sexta lavandi.

## CAPUT SECUNDUM.

Fontis ad Petrianam Ecclesiam ornatus. Inscelatio vitiorum. Victoris mors, & sepulcrum.

**M**odicum tempus regit Ecclesiam suam, sed in quanto sedem tenuit ex ejus laboribus, magnus labor appetet. Fontem vero tetragonum, quem Beatus Petrus Chrysologus aedificavit in Civitatem (5) Classis juxta Ecclesiam Petrianam, iste ornavit, & in medio cameræ parte virorum subtus arcum orbitam modica, in qua usque hodie continetur ita; Salvo domino; ex alia vero parte mulierum aliam orbitellam, ut supra, ex auratis literis invenient ex parte se respicientes à legentibus invenitur sic; Papa Victore. Hæc ut dixi valde comptavit (6), sed nunc à malignis hominibus destruitur, quia in tantum coartat Diabolus corda eorum, ut Templum Dei, quod à Sanctis Sacerdotibus, & fidelissimis Christianis constructum est, a falsis Christianis destruatur. Quare hoc? Quia prope est finis, prope est terminus, & destruatio Mundi. Sed juxta Apostolum sunt tempora periculosa, & sunt homines seipso amantes. Mundus in malis sinitur. Quanta alacritas in initio Mundi fuit, multò magis ploratus fit in consummatione Mundi. Antequam consummetur Mundus juxta Evangelium, pestilentia, & famæ, terroresque de cœlo, iræ, rixæ, dissensiones, & gladii erunt. Elevabitur gens in gentem, & Regnum fremescet contra Regnum, & antecedet juvenis fenum, & subsequentes nullum honorem prioribus reddent, sed & Filii despiciunt Patres, & non solum derident, sed etiam subjugabunt. Hæc juxta Sanctum Evangelium. Veh nobis (7) miseris! Omnia confinximus. Sed tu immortalis Deus excelsus, & terribilis, magnâ potentia tuâ salva nos. Omnia hæc perspeximus, & terrémotus per loca, & signa in Sole, & Luna. Sed quia dicit ipsam consummationem, & horam, quæ Sanctis Angelis non revelata est, ne scimus, sed scimus quod prope est, atque intelligimus, quia verus homo propinquè moriturus est, & signum mortis in eo cernimus. Nescimus qua die, vel hora iturus est; sic & omnia signa, quæ prædicti Veritas, eveniunt, dies, vel hora abscondita est nobis. Sed tibi

co-

(1) agnomen. Mur.

(2) arcus. Mur.

(3) id est Scriptura. Bacch.

(4) ceffa. Mur.

(5) Civitate. Mur.

(6) id est ornavit. Bacch.

(7) vobis. Mur.